

etiam seivicem, immo & quomodo opponuntur in ratione actus, & potentie physice, & nihilominus in eandem physicam entitatem coalescunt per unionem; ita ergo servata proportione dicendum de gradibus metaphysicis generico præsertim, & differentiali, immo ex hac subordinatione unius gradus ad alium (præsertim cum sit ex natura rei, & non merè arbitraria, ut etiam gener ipse Pasqualig. disp. 79. cit. lect. 3.) potius deducitur distinctio inter hos gradus, quam unitas, & identitas, ut constat ex dictis supra num. 198. quia ordo ex natura rei talem quoque distinctionem inter ordinata polulat, nihil enim sibi ipsi subordinari potest. Ad quartum, licet de ratione distinctionis formalis in uno sensu sit; quod distinctum non sit de conceptu alterius, a quo ponitur distingui, sicut è contra illud dicitur esse item formaliter aliud, quod est de conceptu illius, quo sensu sæpè diximus identitatem, & distinctionem formalem coincidere, cum essentiali; tamen proprie loquendo de distinctione formali, ut hic de ea loquimur, non est de ratione illius, quod quæ sit distincta censetur, quam non sit aliiquid ad alterum, sed solum quod ratio obiectiva, sive conceptibilitas unius sit alia à ratione obiectiva alterius, quo sensu superior, & inferior sunt formaliter ex natura rei distincta, etiam si superior sit de conceptu inferioris, quia ratio humanitatis alia est à ratione animalitatis, quatenus addit aliiquid super illam, nec eadem definitione notificatur. Ad quintum negatur consequentia, non enim quæcumque se excludunt secundum proprias rationes eo ipso opponuntur in rigore, sicut impossibilia, veluti duæ differentie idem genus dividentes, patet de re & modo, de subiecto, & passione, de substantia, & accidente, quæ se excludunt secundum proprias rationes, & tamen simul componuntur, nec dicuntur opponi; & adhuc magis ad propositum patet de materia, & forma, quæ se excludunt nedum formaliter, sed etiam realiter, & tamen coalescunt per unionem in eandem essentiam physicè compositam, sic itaque in proposito realitas superior, & inferior, licet se excludant formaliter per diversitatem conceptum, adhuc tamen coalescere possunt per identitatem in eandem essentiam metaphysicè compositam.

211 Ad sextum negatur minor, nam esse entitativum esse physicum, & esse formale esse metaphysicum, prius autem natura est esse physicum, quam esse metaphysicum, quia hoc abstractitur ab illo, & in eo fundatur, & formalitatis metaphysicæ à formis physicis derivantur, ut patet in homine præsertim in sententia admittente in eo formarum pluralitatem, quia à forma mixti sumitur formalitas corporeitatis, ab anima sensitiva formalitas animalitatis, ab intellectiva formalitas rationalitatis, fallum igitur omnino est, quod esse entitativum sequatur esse formale; si tamen per esse entitativum intelligatur etiam esse existentielle, in hoc utique verum esse est, quod esse entitativum sequatur esse formale, quia esse formale pertinet ad essentiam rei metaphysicè sumptam, & in hoc sensu procedit probatio minoris, sed hoc pacto minime opus est, quod si gradus metaphysici distinguuntur secundum esse formale, distinguantur etiam secundum esse entitativum, quia existentia non sequitur ad esse formale cuiuscumque gradus, sicut sumpti, sed ad esse formale integrè, & completè essentialitè, quam constituit, ut existentia hominis sequitur ad esse formale humanitatis, & hac unice existentia existunt omnes, & singular formalitates metaphysicæ in humanitate imperfæ per identitatem, ut animalitas, rationalitas, &c. Ad ultimum negatur consequentia cum eius probatione, quia ut constat ex tract. Formalit. distinctio formalis in schola Scottistarum est minor à toto genere distinctione reali, & ad probationes in oppositum satisfactum est superius disp. 5. quæst. 11. art. 2.

212 Septimo arguit Averl. quæst. 13. Log. sect. 4. probans præsertim genus, & differentiam in constitutione speciei non distinguari à parte rei, sed tantum ratione, cuius rationes opus non est hic adducere, quædam enim soluta sunt disp. 5. Log. quæst. 3. art. 2. & alia minores momenti solvuntur ex dictis, nota tamen, Averl. iam ibi falso imponere Scoto, quod eam distinctionem, quam posuit in essentia specificis inter genus, & differentiam, poluerit etiam in summis genericis inter ipsum ens, & differentias contrarias entis. Falso, inquam, id adscribitur Scoto, quia frequenter monui ad meritum Doctoris non eodem modo discurrendum esse de gradibus prædicamentibus, & transcendentibus, quia prædicamentales importantes realitates communes à parte rei, non autem transcendentales, sed solos conceptus inadæquatos, ut constat ex tota disp. 2. quod autem gradus prædicamentales generici, ac specificè veras importantes realitates, ac naturas communes pluribus, non quidem per inexistitiam, sed per indifferentiam jam probabitur disp. sequenti. Quod si per ens ad summa genera contrarium intelligat ens finitum, quia hoc in principiis nostris proprie habet rationem generis, & constitutum cuiuslibet prædicamenti habet rationem differentie contrarie illius, in hoc utique sensu verum est distinctionem eisdem, rationem nempe formalem, ex natura rei verari inter ens, ac differentias eius contrarias.

Sed hic emergit difficultas, quod inter realitates generis, & differentie in principiis Doctoris major adhuc distinctio, quam formalis ex natura rei intercedere debeat, siquidem ipse 1. dist. 8. quæst. 4. ad 1. princip. & 2. dist. 3. quæst. 6. infra K. ait realitatem generis, & differentie habere solum identitatem cum tertio, quod si abstrahantur non remanet amplius ratio identitatis; ergo si una realitas non possit ad propria natura identificari cum alia, sed solum ex exigentia tertii, jam distinctio vertens inter illas non

solum erit formalis, sed etiam realis in eo gradu, ut per Dei potentiam possit abinvicem separari. Resp. aliqua posse uniti in tertio dupliciter ex Doctore 2. dist. 12. quæst. 2. ad 1. princip. vel per modum rei, & rei, ac unitate unionis, vel per modum realitatis, & realitatis, ac unitate identitatis; quæ primo modo unitur, utique realiter abinvicem distinguuntur, ac etiam possunt abinvicem realiter separari, quia utrumque extremum sicut est propriè res, ita propriam possidet existentiam, quæ autem unitur secundo modo, possunt utique separari obiectivè, & præcise, quia unum non includitur in conceptu quidditativo alterius, nequeque tamen realiter separari, quia non habent in se propriam existentiam, sed existunt tantum existentia tertii, cui identificantur. Instabit rursus, si ergo istæ realitates in tertio sumtaxat realem suscipiunt identitatem, ergo in seipsis realem habent distinctionem, & separabilitatem. Negatur sequela ex Scoto 1. dist. 2. quæst. 7. sub Hb. dicente non sequi A, & B, non sunt idem realiter, ergo sunt distincta realiter, quia realitas in antecedente negatur, in consequentia affirmatur, ita quæ in proposito non valet dicere, realitates generis, & differentie non habent in seipsis identitatem realem, ergo habent distinctionem realem, sicut enim realis identitatis ordinem dicit ad unam existentiam aliquorum, ita distinctio realis habitudinem dicit ad distinctam extremorum existentiam, cum ergo realitates generis, & differentie proprias in seipsis non habeant existentias, quia non sunt aptæ in recto existere, sed sunt aliquæ existentis in recto, & idè quantum est ex seipsis neque sunt realiter identificata, nec realiter distincta, sed ex seipsis, non sunt realiter eadem, & sunt idem in tertio, quod constituit.

Potremò arguit Jo: de S. Thom. loc. cit. qu. 3. de univ. art. 6. ex duplici capite, primo ex destructione distinctionis ex natura rei formalis generaliter loquendo, cuius rationi jam facti facti disp. 1. Log. quæst. 5. art. 2. solvendo, & argumenta contra. formalem distinctionem. Deinde ex peculiari ratione prædicamentum essentialium, quæ ab eadem forma proveniunt, quæ quidem ratio incidit cum secundo argumento Suarez jam soluto num. 210.

Q U Æ S T I O VII.

An omnes rerum essentia sint inæqualis perfectionis.

213 Quo pacto rerum essentia constituantur, hæcenus declaratum est, restat ut in hac ultima quæstione eas conferamus adinvicem, & quia unaqueque essentia peculiarem suam dicit perfectionem essentialiam, quæ tanta est, & non major vel minor (nam, ut sæpè dictum est, hic est sermo de essentia rerum creaturarum) videamus, an omnes in tali perfectione inæquales esse debeant, vel potius etiam esse possint æquales. Concedunt omnes de facto dari sub eodem genere species diversas, quarum una est essentialiter perfectior alia, atque idè vel perfectionis inæqualis, & hoc est ad eam exploratum, ut nemo humana mentis id negare queat, nam sub genere animæ species humana irrationalis omnibus præstat, sub genere substantiæ perfectior est substantia spiritalis, quam corporea, sub genere qualitatis potentia, quam habitus, & sic in multis aliis, Et ratio est, quia talis inæqualitas in perfectione essentiali non repugnat in speciebus, cum non impediatur, quin minus possit aliquo in aliqua ratione communi convenire, & communicare, quia cum in ipsis assignentur gradus genericus, & differentialis ex supradictis, ex diversitate differentiarum poterit attendi earum inæqualitas in essentiali perfectione, convenientia verò, & similitudo ex gradu generico, in quo communicant, præscindendo à differententiis.

214 Itaque tota difficultas est, an etiam de facto dentur, vel saltem dari possint per potentiam naturalem, vel divinam species diversæ sub eodem genere, quæ ad hoc sint æquales perfectionis essentialis; in qua celebri controversia duæ sunt oppositæ sententiæ, altera Antiquiorum, altera Recentiorum, Antiquiores enim ferè omnes inculcantur docuerunt essentias omnes specificas esse necessario inæquales perfectionis, & nedum aliqui de facto negantur inveniri duas species perfectione æquales, verum etiam de possibilitate loquendo de potentia Dei absolute, quæ de ratione specierum aijunt esse, ut una sit semper essentialiter perfectior alia, quæ Arist. 1. dist. 3. art. 1. prop. 2. D. Thom. quol. 3. art. 6. & quæst. de spiritalibus creaturis art. 8. Sone. 12. Metaph. quæst. 4. Fonseca. 5. Metaph. cap. 28. quæst. 16. lect. 2. Albertin. tom. 1. princip. 6. Philoph. pund. 7. dist. 1. Suarez disp. 29. Metaph. sect. 3. num. 16. Valq. 1. part. disp. 122. num. 12. Et Scotus ipse favore videtur pluribus in locis, ac quamplures Arist. Expofitores lib. 10. Metaph. Ad verò Recentiores passim oppositum docent nimirum nedum hoc non repugnare de potentia Dei absolute quin etiam satis verisimile esse, quod de facto dentur aliqua species, quæ cum diversitate essentiali fervent æqualitatem in essentiali perfectione, adeunt una sit quidditative perfectior alia; ita Averl. quæst. 11. Log. sect. 5. Ponc. disp. 5. Log. quæst. 3. Ariag. disp. 1. de Anima lect. 3. Oviwed. controver. 1. de Anim. pund. 8. §. 5. & quamplures alii modernè. Pasqualig. tandem tom. 1. Metaph. disp. 80. lect. 2. inquit proprie loquendo, & in rigore essentias rerum, nec æquales in perfectione, nec inæquales dici debere, quasi quoad perfectionem inter se commensurari possint, quia esse quantum, & commensurabili non proprie dicitur de rerum essentia, & perfectione substantiæ, sed

sed solum de magnitudine, & mole, ac cæteris rebus, quæ aliquo modo quantæ sunt; subdit tamen enim secundum conclusionem, quod quia æqualitas, & inæqualitas nedum accipi potest commensurative, sed etiam proportionaliter, hoc est, nedum potest haberi æqualitas, vel inæqualitas ex eo, quod aliqua invicem commensurentur, sed etiam quia attendatur quantitas uniuscuiusque cum quadam proportione, quæ proportio ab aliquo tertio extrinseco ponderante mensuretur, subdit (inquam) in rerum essentia posse dari æqualitatem secundum proportionem, licet hæc secundum proportionem non sit adeo proprie æqualitas, aut inæqualitas, & in hoc sensu fecimus ad hæreticentiam, cui etiam favore videtur Scot. quol. 6. §. Contra illa, ubi hæc verba habet, *est enim una species entium quantumcumque immaterialis alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundum perfectionem, quibus verbi æqualitatem perinde, ac inæqualitatem esse inter species possibilem asserere videtur.*

A R T I C U L U S I.

Resolutio quæstii.

215 Pro resolutione quæstii supponendum est cum communi contra Pasqualig. cit. id quod notatum est disp. 7. quæst. 2. ab initio num. 26. non immerito ex rebus corporeis translatur esse quantitas nomen ad significandum gradus perfectionis cuiuscumque rei in suo genere, & idè dicitur quantitas virtutis, vel perfectioris, quæ per omnia genera vagatur, quæ ratione dicitur quantitas transcendens ad differentiam quantitatis molis, quæ proprie in quantitatibus prædicamentis recluditur, cuius metaphoricæ translationis fundamentum ibi explicui, & hoc ipsum concedit Pasqualig. loc. cit. Sed cum hoc negat æque bene ad essentias rerum transferri æqualitatem, & inæqualitatem, quod nec potest verum, nec facta consequenter dictum, eo enim ipso quod subiectum, vel eius significatio ad aliqua extranea metaphoricè transferatur, idem quoque iudicium de eius proprietate ferendum est, v. gr. si rursus, vel ridere ad luxuriam præter videntis significandum transferatur, trahit eodem modo proprietates rursus ad præter transferuntur, ut esse hominis lætificatum, &c. cum ergo sit proprium quantitatis secundum eam æquale, & inæquale dici, concedendum est ad translationem quantitatis ad rerum perfectionem significandum, etiam ipsam æqualitatem, ac inæqualitatem transtricere posse. Confirmatur hæc doctrina, quia sicut quod est proprie quantum, potest etiam cum omni proprietate æqualitatem, vel inæqualitatem fundare, ita quod est solum metaphoricè quantum, & per quandam analogiam potest eodem modo dici æquale, vel inæquale, si ergo quantitas transferatur per quandam analogiam ad essentias rerum, earumque perfectionem essentialiam significandum, poterit eodem modo transferri æqualitas, vel inæqualitas.

216 Hinc docet Scot. 1. dist. 19. quæst. 1. quod licet præter quantitatem prædicamentalem, quæ est propria corporum, admittitur quantitas transcendens ens, quæ est quantitas virtutis propria essentiarum, ita quoque præter æqualitatem, & inæqualitatem prædicamentalem, quæ est proprietatis quantitatis prædicamentalis, admitti debet æqualitas, ac inæqualitas transcendens; idè inquit de æqualitate, similitudine, ac identitate bifariam nos posse loqui, primo modo proprie, & strictè, & sic sunt relationes diversè generibus appropriatæ, ut identitas substantiæ, æqualitas quantitatis, & similitudo qualitatis, alio modo communiter, & largè, & sic in omni genere, ac etiam extra genus reperiuntur, ad cuius rei intelligentiam notat ibi Doctor §. de secundo, hæc tria nempe substantiam, vel essentiam, qualitatem, & quantitatem bifariam accipi posse, strictè, & proprie, quæ præter tria constituent prædicamenta, deinde communiter, & improprie, quo pacto in omni ente reperitur, quod quidem de substantia patet, quia sæpè per essentia sumit solet, quæ in omni ente reperitur, quodlibet enim ens habet necessario suum quid, id est suam essentiam, qualitas pariter in se significat per omnia vagatur generata, quia in hoc sensu sumitur per differentia essentialis, de quo modo qualitas ait Doctor loquens Philophan, quæst. Metaph. cap. de qualitate, vel essentialium differentiam qualitate appellat, quæ phrasè utitur quoque Porph. dum ait prædicari in quale quid; Quantitas tandem, ut dicebamus, per analogiam ad omnia genera transferatur, ac etiam extra genus reperitur, quatenus significat magnitudinem perfectionis, quæ dicitur quantitas virtutis, de qua dicit August. 6. de Trinit. cap. 7. quod in his, quæ non mole magna sunt, idè est melius esse, quod magis esse. Ex hoc inter Doctor cum Aristot. quodlibet ens tribus modis considerari posse, primo ut quid, idè per modum habentis quidditatem, & essentiam, secundo ut quantum, idè per modum habentis propriam perfectionem, tertio denique ut quale, & secundum hanc triplicem considerationem potest super ipsum ens fundari triplex ratio communiter sumpta, identitas fundatur super quodcumque ens in quantum est quid, æqualitas, & inæqualitas, quatenus quodlibet ens reale est quantum quantitate perfectionis, similitudo tandem, & dissimilitudo, in quantum est quale, sicut ergo substantia, æqualitas, & quantitas, quæ sunt fundamenta identitatis, similitudinis, & æqualitatis in omni genere, ac ente reperiuntur, ita & præter tria relationes possunt in quolibet ente fundari modo jam declarato.

Metaph. Aristot. P. 2. Tom. V.

217 Sed & hoc rursus declarat Doctor peculiariter de æqualitate, & inæqualitate quol. 6. §. de primo, in his verbis, Philophosus 5. Metaph. cap. de quantitate dicit, sunt autem magnum, & parvum, & majus, & minus, & secundum se, & ad invicem dicta, quanti passiones secundum se, transferuntur etiam, & ad alia hæc nomina; vult dicere (inquit Doctor) quod magnum, & parvum five accipiuntur absolute, & secundum se, five respective, secundum se conveniunt quantitati proprie dictæ translative autem alius. Et hoc apparet satis per rationem, quod non negaret Philophosus æqualitatem esse inviduorum eisdem specie in quolibet genere, & inæqualitatem specierum, & per consequens, cum ferendum quantitatem, quantitas aliquo modo convenit omni enti cuiuscumque generis, & per consequens licet magnum, & parvum secundum eam sint passiones proprie quantitatis, tamen translative accepta sunt transcendencia, & passiones totius entis. August. autem 6. de Trinit. cap. 8. istam magnitudinem, quam Philophosus dicit translative dictam, dicit esse magnitudinem non molis sed bonitatis, & perfectionis, in his (inquit) quæ non mole magna sunt, idè est majus esse, quam melius esse. Patet ergo, (concludit Doctor,) quod magnum primo modo secundum Aristot. proprie dictum, & secundum August. magnum mole non est in Deo nec in aliquo spiritali, sed magnum translative secundum Philophosum, & magnum bonitate, & virtute vel perfectione potest poni ibi, quia illud est transcendens conveniens suo modo omni enti, ita discurret Doctor loc. cit. ex quibus evidenter deducitur contra Pasqualig. ad essentialium rerum perfectionem dignoscendam, & tantitatem, seu gradum cuiuscumque non solum quantitatem ipsam ad rerum essentias transferri posse, ac debere verum etiam æqualitatem, & inæqualitatem per quandam analogiam.

218 Hæc itaque suppositis, ut communiter ab omnibus concessis, mihi videtur dicendum cum priori sententia, essentias omnes specificas necessario esse debere in perfectione essentiali in æquales, ita ut implicet duas reperi in eisdem omnino perfectionis. Conclusionem hæc pluribus insinuat Doctor, licet ex proffo dubium hoc non resolvat in terminis, sed potius eam supponere videatur, nam in 1. dist. 2. quæst. 1. X. & sequent. & in 2. dist. 3. quæst. 10. proponendo illam suam maximam, ubi pluralitas requirit majorem perfectionem, infinita pluralitas requirit infinitam, supposit quod effectus solo numero distincti sunt æquales perfectionis essentialis, ad effectus specie distincti semper inæquales, & unus alio essentialiter perfectior, & in 4. dist. 12. quæst. 3. F. & G. ait causam univocam, quæ scilicet est eisdem rationis, & speciei cum effectu producto, esse æque perfectam cum effectu producto, causam verò æquivocam, quæ scilicet est alterius speciei ab effectu, esse perfectiorem, & quol. 6. §. de primo, ait, quod æquales perfectionis essentialis ita est propria individuorum sub eadem specie, sicut inæqualitas est propria specierum sub eodem genere, & alibi frequenter eodem modo loquitur, nec obstat, quod quolib. eodem inferius, §. contra illa, ait, quod scilicet, una species entium quantumcumque immaterialis est alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundum perfectionem, nec hoc enim asserere nolit posse plures species esse inter se æquales, quia de hoc non erat ibi disputatum, sed solum innuere voluit, nam quantumque speciem propriam possidere perfectionem, secundum quam alteri comparata dicitur illi æqualis, vel inæqualis, unde non loquitur aliquid asserendo de æqualitate, aut inæqualitate specierum, sed potius præscindendo ab ista quæstione, eandem tenent Scotiæ quamplures, sed præsertim præstantissimi inter omnes Trombet. 1. Metaph. quæst. 1. art. 1. sed quia pluribus rationibus, & auctoritatibus Aristot. probari solet, quæ non convincunt omnimodam hujus conclusionis veritatem, atqueam veram fundamentum proponatur, ne in eius probatione quippiam decipiatur, eas examinare juvabit.

219 Primo probari solet, quia omnes differentie specificæ sunt inter se inæquales in perfectione, ergo & ipsæ essentia specificæ, ex ipsis constituta, consequentia patet, probatur assumptum ex Aristot. 10. Metaph. 17. ubi ait, semper unam differentiam se habere ut formam, alteram ut privationem, neque nomine privationis simplicem intelligit negationem, sed intelligit imperfectionem differentiam, quæ tenens minus alta participat de perfectione, & idè est quodammodo privatio, quatenus privat speciem constitutam per ipsam maiori alia perfectione, ut ibi Commentator exponit; ita arguit Aureol. cit. & Sone. 12. Metaph. quæst. 4. qui hæc rationem appellat demonstrationem in doctrina Aristot. & Comment. fundatam. Hæc ratio non probat, quia ad veritatem istam negantur assumptum, quod non sufficienter ex Arist. auctoritate adducta probatur; cum quia Aristot. re vera ibi de æveris differententiis genus contrahentibus loquitur, nec de omnibus speciebus diversis, sed tantum contrariis, & ibi solum ostendere intendit habitum, & privationem esse principium contrarietatis, quatenus unum contrarium semper habet privationem alterius, licet non in omnibus similiter, ut ibi graviter exponunt Scotus & Alensius. Tum quia etiam Aristot. loqueretur ibi ex instituto de omnibus differententiis generum divisivis, fallum est, quod accipiat privationem pro ignobiliori forma, quia sæpè contingit ex vocabulorum inopia differentiam nobiliorem per modum privationis explicari, ut v. gr. immaterialitas est nobilior materialitate, & immortalitas mortalitate, & tamen explicatur per modum privationis. Denique quando etiam Philophosus ita explicaretur, ut ibi pro



contrariis acciperet differentias generum divinis, & privationem sumeret pro ignobiliori differentia, adhuc ratio non convincit, quia dicitur Arist. loqui ut plurimum, & secundum communem naturam cursum, non autem simpliciter, & absolute.

Secundo probatur, quia species rerum se habent sicut numeri ex Arist. 8. Metaph. 10. sicut ergo implicat dari duas numerosum species, quae sint aequales in quantitate discreta, sic implicat dari duas essentias specificas aequales in quantitate virtutis, seu perfectionis, & hac auctoritate Tromb. loc. cit. confirm. quia 3. Met. 11. habetur in speciebus inveniri prius, & posterius, id est melius, & deterius, ergo species debent esse inaequales perfectionis. Sed neque auctoritates istae sunt efficaciae praecedenti, non prima, quia Arist. ibi certe non comparat species ad numeros simpliciter, & absolute loquendo, & quoad omnem proprietatem, sed quoad istam praecipue, & patet ex ipso contextu, & explicat ibi Doctor, & in 1. dist. 17. quae 2. §. ad istam questionem 20. quod sicut numerus quilibet additus numero numerum variat, ita quilibet gradus essentialis in forma additus variat speciem; non ergo docere intendit Arist. quod ratione inaequalitatis species rerum sint sicut numeri, quae debent necessitate inter se inaequales esse, sicut illi, sed tantum quoad hoc, quod quilibet additio, vel detractio illas essentialiter variat, sicut variat numeros, & ideo ait illas consistere in indivisibili. In alio loco asserit quidem in speciebus inveniri illud prius, & posterius, seu melius, & deterius, quod in individuis ejusdem inhaerentis non reperitur, non tamen dicit hunc ordinem essentialem in omnibus prioribus speciebus inveniri, & necessarium, unde bene explicari potest, ac sine violentia textus, quod loquitur ut in pluribus, & secundum id, quod regulariter contingit, cum quo fiat, ut oppositum accidere possit absolute loquendo.

220 Tertiò probat Vasquez species distincta non posse esse aequalia in perfectione, quia quae aequalia sunt, commensurari possunt, sed quae sunt diversae rationis nequeunt inter se commensurari, nam quae commensurantur, debent necessitate esse ejusdem rationis, ergo nequeunt esse aequalia; minor fundatur in eo, quod Arist. docet 10. Metaph. quod mensura semper esse debet homogenea cum mensurato, id est ejusdem rationis, & ordinis, unde mensura quantitatis debet esse quantitas, & sic de aliis. Cogitur Adversarij defectum rationis hujus opinio adnotant praesertim Ovidii, & Averii, si enim quid probaret, conveiret quoque res specie distinctas non esse inter se nec aequales, nec inaequales; quia commensuratio est unicum fundamentum ad deprehendam inaequalitatem non minus, quam aequalitatem inter aliqua duo nec minus essentialiter inaequalitas, quam aequalitas commensurationem connotat. Tum quia sicut diximus quantitatem permanentem, & successivam non esse unam commensurabiles, quia sunt diversae rationis, id est non posse unum palmum, vel unam esse aequalem, aut majorem, vel minorem una hora; eadem ratione, quia homo, & asinus sunt diversae rationis, nec homo dici potest perfectior essentialiter asino, nec asinus imperfectior homine. Patendum igitur esse tam quae aequales, quam inaequales invicem commensurari posse, pro quo notat Doctor 2. dist. 2. quae 2. §. ad secundam partem questionis, quod mensurare est quantitate ignotam certificare per quantitatem magis notam, hanc autem certificatio de tantitate quantitatis ignotae potest fieri tripliciter, vel per quantitatem excedentem, & tunc certificatur intellectus de quantitate minori per accessum ejus ad quantitatem majorem, vel recessum ab ea, alio modo mensuratur per quantitatem excellentiam, quia quantitas nota minor est, & pars quantitatis majoris quae magis ignota est, & tunc illa quantitas minor per sui replicationem mensurat ipsum totum quantum majus; tertio modo mensuratur quantitas ignota per aliquam quantitatem notam, & distinctam, & aequalem sibi, & hoc fit per applicationem, sive suppositionem, & inquit, quod mensura ponitur in quidditatibus rerum primo modo, & mensura est perfectior mensurato, quae dicitur esse notior ipso mensurato, sicut albedo ponitur mensura in genere colorum, & in quolibet genere est unum primum, quod est metrum, & mensura omnium aliorum, ex 10. Metaph. 2. & Deus dicitur prima mensura omnium, quae sunt in quocumque genere, ita Doctor cit. ex quo rursus colligitur non posse in eius sententia dari plures quidditates in perfectione aequales, quia inquit istas mensurari solum primo modo nimirum per accessum in perfectione quidditatis exaequae ad excedentem, si autem essent aequales, possent etiam mensurari per applicationem, quod Doctor negat.

221 Ex hac itaque doctrina constat tam aequalia, quam inaequalia commensurari posse, aequalia quidem per applicationem ad invicem, inaequalia vero per accessum, vel recessum, aut per replicationem modo jam explicato, unde ad argumentum vel absolute debet negari major, vel explicanda est de commensuratione, quae fit per applicationem mensurati ad mensuram, non autem quae fit alius modis, nempe per accessum, vel recessum, aut replicationem; notum etiam vel explicari potest eodem modo, ut nimirum fit solum vera de commensuratione facta per applicationem, vel debet absolute negari, & ad probationem dicendum illam Arist. propositionem 10. Metaph. text. 4. quod mensura esse debet unigena mensurato, praecipue, & proprie suam habet veritatem in quantitatibus molis, in quibus quae commensuratio fit vel per contactum corporum ad invicem, ut in quantitate continua, vel per contentum unius in alio, ut in discreta, vel per impulsum, ut in pondere, mensura, & mensuratum debent esse ejusdem rationis, non enim pal-

mus ligni bene dimetiri potest cum libra ferri, sed pondus pondere, numerus cum numero, & extensio cum extensione debent consistere, idque constat ex ipsismet exemplis ab Aristotele adductis, cum inquit semper autem mensura ejusdem generis est, magnitudinum namque magnitudo, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, gravitatis gravitas, unitas unitatum, & cum autem ratio mensurae a genere quantitatis ad alia genera transferatur, opus non est, quod tanta intercedat unigenitas inter mensuram, & mensuratum, sed sufficit, quod sit unitas quadam analogiae, & ordinis per attributionem unitatis ad aliud, ut ibi explicat Avenis, ubi ex professo movet hoc dubium, quomodo mensura debeat esse unigena mensurato, & inquit inter mensuram, & mensuratum non utique attendi debere uniformitatem in omnibus, & univocacionem in omni modo, qualis est specifica, quia albedo est mensuratio omnium colorum, & tamen non est ejusdem rationis specificae cum illis, sed sufficit, quod sit unitas generis, vel analogiae, male ergo assumit Vasquez in suo argumento, quod commensuratum, esse debere ejusdem rationis specificae, quia Aristotele ait sufficere, quod sit ejusdem generis; immo inquit ibi Avenis citat. unitatem specificam ad hoc esse omnino ineptam, quia quae sunt sic unitas rationis non est major ratio, quod unum fit mensura alterius, quam est converso, ex quo enim unam rationem participant, si uni convenit ratio mensurae, & reliquo, & similiter si uni convenit ratio mensurati, etiam m & alteri, unde concludit unigenitatem, quae est inter mensuram, & mensuratum, non esse unitatem univocacionis omni modo.

222 Quarto, probat Suarez species nequeunt inter se distingui, nisi per differentias inaequales, ergo nequeunt aequari in perfectione essentiali. Consequenter patet, probatur assumptum, nam ita differentiae sunt aequales, aequaliter distant à primo ente, & non ente, & sic non habent, unde distinguerentur species illae, quae nec per accessum ad perfectionem primi entis, nec per recessum ad imperfectionem non entis; & hae sunt quoque ratio Sone. loc. citat. Negat Adversarij assumptum, & ejus probationem; nam inquit Ovidii, quod sicut in rebus, quas solumus materialiter metiri, duos terminos reperimus aequè distantes ab eodem tertio, vel ab eodem centro, & inter se oppositos, & distantes v. gr. villam distantem ab hac domo per unam leucam linea recta versus Orientem, & caesam distantem per aliam leucam linea recta versus Occidentem ab eadem domo, in quibus reperimus duos terminos distinctos, & oppositos cum aequali distantia ab eodem centro; sic in speciebus positivas possunt duae reperiri distinctae, & oppositae; & aequaliter à primo ente, & non ente distantes unaqueque per suam peculiarem entitatem, & perfectionem, sic etiam respondet Pasqualis eodem usus exemplo, cui tota nititur responsio. Sed hoc exemplum ad rem esse non puto, quia ut notat Scot. 1. dist. 2. quae 2. lit. 2. & dist. 2. quae 2. §. vltimo secundae, quando inter extrema nulla est distantia metra, sed ipsa dicuntur praecise distant ratione ipsorum extremorum inter se, tanta est distantia, quantum est major extremum, sit autem in proposito distant Deus, & creatura, ens & non ens, quia detur creatura quantumcumque perfecta, etiam supra se possibilis foret, adhuc Deus ab ea in infinitum distaret, non propter aliquam distantiam mediam inter extrema, sed propter infinitatem unius extremi; sic etiam contradictoria, ut ens, & non ens non distat per aliquam media, quia immediatè opponuntur ex 1. Post. ita quod quantumcumque parum recedit aliquid ab uno extremo, statim est sub altero, sed distat propter ipsa extrema inter se, & tanta est distantia, quantum est illud extremum, quod est perfectius, in quantitatibus autem ut patet in exemplo adducto, est distantia propter aliquod medium interiacens, & hanc secundum quantitatem spatij interiacentis, est distantia illa quanta; ex quo patet exemplum non esse ad rem quae notat inter Deum, & creaturam, ens & non ens nullum fit medium interiacens, distantia non erit quanta, nisi secundum quantitatem alterius, extremi, & perfectioris, quod etiam Doctor suadet ratione, quia nihil aliud est distantia haec, nisi excessus unius super alterum, quando autem excedens est immediatum excessu, ut est in proposito, quantitas excedens erit secundum quantitatem excedentis.

223 Ex hac doctrina patet, in quo res vera argumentum deficiat, sit enim in ipso falacia assumendo non causam pro causa, quia essentiae creatae non distinguuntur ab invicem proprie per distantiam à primo ente, & non ente, ut in argumentis assuntur, quandoquidem omnes à primo ente in infinitum distant, ut constat ex allata doctrina, unde five sint aequales inter se, five inaequales, semper eodem modo distant à primo ente, scilicet, infinito, ideoque ex tali distantia earum discrimen ab invicem non bene discernitur, idem etiam sequitur loquendo de distantia à non ente, si enim est verum commune dictum, quod inter nihil, & ens, & universaliter inter contradictoria est distantia infinita, tunc omnes species quoque aequè distabant à non ente, scilicet infinito, quod quidem dictum licet Doctor non recipiat simpliciter, & absolute prolatur, recipit tamen, si accipitur infinite pro indeterminato, ut explicat, a. dist. quae 2. G. Accedit, quod bene advertit Ovidii, data duarum specierum aequalitate v. gr. leonis, & asini, adhuc fallum esse, quod eodem modo distarent, & recederent non ente, quia leo recedit à non ente per exclusionem negationis leonis, non autem per exclusionem negationis ursi, quandoquidem per positionem, & existentiam leonis destruitur non esse leonis sub non ente contentum, non vero non esse ursi, & e contra ursus ob eandem

eandem rationem recedit à non ente per exclusionem negationis ursi, non vero leonis, & sic non eodem modo distat à non ente. Posset tamen hoc argumentum urgeri ad hominem, quia ex Adversarij quamplures tenent cum D. Thom. 1. par. quae 15. artic. 2. & 3. ideas creaturarum in divina essentia multiplicari per diversos respectus imitabilitatis, & participabilitatis, unde eadem essentia divina quatenus participabilis in tot gradibus perfectionis, est idea leonis, quatenus imitabilis in pluribus est idea hominis &c. ex hac doctrina potest praefatum argumentum sic urgeri; si duae species essent aequales in perfectione essentiali, tunc eodem modo distarent ab infinita perfectione divina essentiae; ergo non haberent, unde distinguerentur ab invicem, probatur consequenter, quia entia ideata principiative per suas ideas distinguuntur, nam unicuique entis reali, & ab alio realiter distincto propria in Deo correspondet idea, ad cuius instar efformatum est, sed illae duae species propriae, & distinctae in Deo non haberent ideas, ergo non essent ab invicem distinctae, & diversae, major patet per Aug. lib. 83. quae 9. à Scoto relatum 1. d. 35. ubi ait alia ratione conditum esse hominem, alia equum, &c. adeo quod optimè ex diversitate idearum diversitas ideatorum arguitur. probatur minor, quia ex hypothese, quod aequalem obtineant illae duae species perfectionis gradum in ordine entium, sequitur quod divinam respiciant essentiam vel eodem profus respectu imitabilitatis, & participabilitatis, ideoque unam eandem habere formaliter ideam, quia ex Th. loc. cit. multiplicatio idearum in divina essentia non nisi ex multiplicatione respectuum imitabilitatis in ea attendi potest.

224 Quintò probat Trombet, citat. impossibile est reperire duas differentias essentialias aequè perfectas; ergo, & duas essentias aequè perfectas, probatur assumptum, quia essentialis differentia dividunt aliquid unum genus commune, & quaequumque sunt dividenda aliquid unum commune inter se opposita, & ordinata essentialiter inter se, ergo de necessitate una est nobilior alia. Consequenter genus divinum se habet in potentia respectu differentiarum essentialium, & eadem potentia non possit aequè primò ad aliquos adus essentialies sine tali ordine, & cum potentia ipsa generis prius nata sit perfecti per unum adum essentialiter, quam per alium, sequitur quod ipsum genus aequè primò non respiciat ipsas differentias essentialies, ut perfectibile per ipsas. Consequenter, quia ubi est major inclinatio potentiae ad actum, ibi potentia prius est nata per talem adum, ad quem magis inclinatur, quam per alium; sed certum est, quod major est inclinatio potentiae generis ad unum adum essentialium, quam ad alium, ergo prius genus natum est perfecti per ipsum, quam per alium; ex quibus tandem inferit Trombet, quod est ordo essentialis perfectionis inter actus importatos per differentias essentialies secundum se, & in ordine ad potentiam generis, quae perficitur per ipsos actus. Neque haec ratio concludit, quia Adversarij statim negabit assumptum cum ejus probatione, nempe esse indispensabilem oportet, ut dividenda aliquid commune sit invicem essentialiter ordinata, & eadem facilitate negabit totum, quod assumitur in prima confirmatione, nam assumitur, ut verum, & concessum, quod esse in controversia, scilicet potentiam generis non posse aequè primò sine ullo ordine plures adus essentialies respicere, & prius debere per unum quam per alium. Ad ult. Constat pariter negabitur minor, nam ex hypothese, quod essent plures differentiae aequales perfectionis, non erit major inclinatio generis ad unam quam ad aliam.

225 Sextò, itaq; probari debet cum acutissimo Aureolo, quae conveniunt in eodem gradu perfectionis specificae, necessario sunt ejusdem speciei, ergo implicat dari duas essentias in perfectione essentiali aequales, quae adhuc sunt diversae speciei; contere de se patet, probatur assumptum, quodcumque enim aliqua sunt idem realiter, & formaliter, ac etiam ratione, quae in uno illo conveniunt, conveniunt & in reliquo; sed gradus perfectionis specificae, & essentialis, & ipsa essentia specifica sunt unum, & idem realiter, & formaliter, & secundum aliquos praesertim ex Adversarij etiam ratione, quod assumitur in prima confirmatione, ut verum, & concessum, quod esse in controversia, scilicet potentiam generis non posse aequè primò sine ullo ordine plures adus essentialies respicere, & prius debere per unum quam per alium. Ad ult. Constat pariter negabitur minor, nam ex hypothese, quod essent plures differentiae aequales perfectionis, non erit major inclinatio generis ad unam quam ad aliam.

Respondet Ponc. citat. num. 33. primò negando assumptum, & dando instantiam in attributis, ac relationibus divinis, quae sunt aequales perfectionis, & tamen sunt veluti diversae speciei, ac alterius rationis; sed interim ad probationem assumpti non respondet, quam non adducit, cum tamen in ea praecipue consistat totum robur rationis; illarum autem instantiarum inanitatem offendam art. seq. in solutione objectionum. Deinde subdit, posse dici, quod illa convenirent in eadem differentia quantum ad hoc, quod utraque; principiaer tantam perfectionem, ita ut perfectio principiaer ab una non sit major, ac minor, quam illa, quae principiaer ab altera, sed quod disconvenirent in eadem differentia, quatenus perfectio tanta causata ab una esset diversae rationis à perfectione tanta causata ab altera. Sed haec solutio nostram potius rationem consolidat, quam evocet, quia differentia specifica ideo hanc speciem constituit cum genere, & non aliam, seu quia constituit essentiam in tali gradu perfectionis, nec minoris, seu quia constituit essentiam in tali gradu perfectionis, & non majori, vel minore; ergo si illa duo convenirent in eadem differentia quantum ad hoc, quod utraque principiaer tantam perfectionem, etiam convenirent in ea quoad hoc, quod utraque eandem constituerent essentiam, & speciem. Conf. quia essentia, vel differentia specifica ita est principium perfectionis entitativae, quae est gradus ejus intrinsecus, vel passio, ut talis perfectio illi omnino commensuratur, adebit ex simili, vel aequali perfectione essentiali duorum posset inter ipsa argui identitas essentialis, & specifica, ut constat in individuis ejusdem speciei, & ex inaequalitate diversitas, ergo repugnat omnino esse duas species diversae, & simul aequales in perfectione.

226 Dices cum Ovidii, citat. numer. 41. albedo intensa, ut octo, & nigredo intensa, ut octo, habent aequalem intensiorem, & perfectionem gradualem, etiam illarum naturae sint diversae, ac speciei distinctae. Contra, quia exemplum est omnino abs re; nam hic est sermo de perfectione essentiali, quae est omnino idem cum ipsamet rei essentia, exemplum vero loquitur de accidentali, quae realiter distinguitur ab essentia, cum possit ab ea separari, nam gradus intensiorem in albedine, scilicet ut duo, vel tria, aut quatuor separantur a natura albedinis, ut experientia constat, quia igitur ob talem realem distinctionem, ac separabilitatem tanta v. g. intensiorem ab albedine, & nigredine potest albedo cum nigredine in intensione convenire, & adhuc in natura differre; ita per oppositum ob omnimodam identitatem perfectionis essentialis cum natura specifica impossibile est dari duas essentias, quae sint equalis perfectionis essentialis, & adhuc discrepent in natura. Robur itaque istius argumenti, quod modo iudicio est ineluctabile, consistit in hoc, quod perfectio essentialis est idem omnino cum essentia specifica ex natura rei, quomodo ergo duae species in perfectione essentiali convenire possunt, & non in essentia; Et rursus, cum ratio differentiae specificae per hoc explicatur, quod est principium tantae perfectionis essentialis, non majoris, vel minoris, quomodo dari potest alia differentia specifica, quae pariter sit principium tantae perfectionis, & adhuc non sit eadem cum illa, sed diversa?

227 Septimò, & est confirmatio praecedentis argumenti, ratio praecisa, & a priori, cur individua sub eadem specie sint aequales perfectionis essentialis est, quia sunt ejusdem speciei, & ejusdem rationis, cum species totam dicat quidditatem individuum; ergo quae sunt diversae speciei, erunt necessario quoque inaequales perfectionis essentialis, ab eodem patet, quia cum eandem habeant essentiam specificam, eadem quoque, vel aequalis erit essentia perfectio in illis, consequenter deducitur per illam maximam, in causis praecisis, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis; si ergo praecisa, cur individua sint perfectione paria, est identitas speciei, ita ex opposito causa perfectionis paria, est identitas perfectionis, erit essentiarum diversitas, ergo quae sunt aequales perfectionis sunt omnino familia in essentia, & quae inaequales sunt dissimilia. Confirm. quia in deo colligitur a posteriori Petrum, & Paulum esse ejusdem speciei, quia sunt aequales perfectionis essentialis, ergo illa omnia sunt ejusdem speciei, quae sunt aequales perfectionis. Negandum Poncius assumptum hujus confirm. inquit potius inde colligi Petrum, & Paulum ejusdem esse speciei, quia nullam vim dissimilitudinem inter praedicata essentialia eorum, sed potius summam similitudinem. Contra, quia licet ita bene colligatur a priori, tamen etiam bene talis identitas specifica inter plura ejusdem speciei individua colligitur ex aequalitate perfectionis inter ea a hoc quod duo individua quaedam habent praedicata essentialia non solum bene deducitur, quod sint ejusdem speciei, sed etiam quod sint aequales perfectionis essentialis; ergo à posteriori ex hoc quod sint aequales perfectionis pariter deduci potest, quod sint ejusdem speciei.

Denique concipiens gradum intrinsecum entitatis alieius naturae specificae non concipit circa illam naturam aliquid realiter superadditum, aut formaliter, sed ipsamet naturam in tali, vel tanto gradu, unde intellectus dividens genus per differentias, rationes illas divinas concipit, ut quodlibet gradus, quae de causa dicuntur gradus metaphysici; sed impossibile est duos gradus concipere, quin unus concipiatur superior altero, alius non esset gradus, & ideo necesse est concipi unam ex differentis per



modum perfectionis, & aliam per modum gradus inferioris, ita dicitur Aureol. loc. cit. Conf. quia gradus perfectionis specifice est intra conceptum rationis specifice, aut saltem non est extra ipsum conceptum rationis specifice, quia modus intrinsecus alicuius rei de essentia predicatur in primo modo dicendi per se ex dictis part. 2. Infit. Log. ergo eo ipso, quod aliqua duo conveniunt in gradu perfectionis essentialis, conveniunt etiam in ratione specifice, & eo ipso, quod disconveniunt in essentia, disconveniunt quoque in perfectione essentiali, quae eam consequitur, & illi omnino commensuratur.

ARTICULUS II.

Objectionum Solutio.

223 In oppositum. Primo conatur Pasqualig. disp. 80. cit. sect. 2. suppositum factum supra numer. 224. destruere probans aequalitatem, & inaequalitatem ad significandum gradus essentialitatem, & inaequalitatem non posse, quia aequale, ac eorum varietatem conveniunt, quia quantitates sunt inaequales, id est quantitates conveniunt, quia quantitates sunt inaequales, id est quantitates conveniunt, unde si una aliam non excedit, dicuntur aequales, si excedit, inaequales; sed essentiae rerum invicem commensurari non possunt, ergo nec aequales in perfectione, nec inaequales dici possunt, si proprie loqui velimus, quia quae non sunt invicem commensurabilia, nec etiam inter se se aequalia, vel inaequalia dici possunt, major patet, probatur minor, nam duae species invicem commensurari non possunt in ratione generis, quia secundum illam sunt idem, neque secundum rationes specificas, quia sunt secundum illas diversae rationis, mensura autem, & mensuratum debent esse ejusdem rationis ex 10. Metaph. text. 4. Confirm. quia aequale, & inaequale dicuntur secundum magis, & minus, nimirum quia unum de aliqua eadem ratione magis participat, quam aliud, vel aequale ac aliud, sed essentiae rerum consistunt in indivisibilibus, sicut numeri 8. Metaph. 10. ergo re vera aequale, & inaequale eis convenire nequit, sed tantum idem, & diversum.

Resp. ex dictis supra, quod si hic Auditor intendit aequale, & inaequale essentiae rerum, proprie convenire non posse, sed in hunc modum convenire quantitativis solum, concedimus totum, at si intendit nec etiam metaphoricè, ac translativè posse comprehendere, ut velletur, dissentimus ab eo, nam si quantitas ad perfectionem essentiarum significandum transferretur, ut ipse concedit, id ipsum de aequalitate, & inaequalitate eodem modo concedere debet, non enim est major ratio de uno, quam de alio. Ad rationem patet ex dictis num. 225. & 230. in examine rationis Vasquez pro nostra conclusione, nam sicut solae quantitates sunt proprie invicem commensurabiles, sic proprie illis tantum aequale, & inaequale conveniunt, sed quia rerum essentiae sunt metaphoricè commensurabiles per accessum, vel recessum unius ab alia in perfectione, iuxta illud Aristot. 10. Metaph. text. 2. quod in unoquoque genere unum est metrum, & mensura omnium aliorum, sic etiam metaphoricè dici possunt aequales, & inaequales, quod autem sensu mensura, & mensuratum ejusdem rationis esse debeant, jam explicitum est num. 220. Ad confirm. fatendum est, aequalitatem, & inaequalitatem esse naturis rerum non desumi, quatenus hanc, vel illam constituunt speciem, quia major perfectio in hac specie, vel differentia sicut minor in alia, dicit rationem quandam perfectionem indivisibilem, quae non constat gradibus perfectionis, quia tamen non habemus voces, quibus explicemus perfectionem illam simplicem, & indivisibilem excedentem aliam etiam simplicem, loquimur de illa ad explicandum hunc excessum, tanquam si haberet latitudinem graduum, ut duo, ut tria &c. & sic aequalitas, vel inaequalitas essentialitatem attenditur in illis secundum, quod apprehenduntur, cum tot gradibus perfectionis, quod solum probat proprie, & in rigore loquendo essentiae rerum non convenire, non autem quod latet metaphoricè non conveniant; cur autem genus non praedicatur de speciebus secundum magis, & minus dicendo albo est magis color nigredine, & tamen adhuc dici posse, albo est nobilior color nigredine, ratio est, inquit Aureol. cit. quia nulla res est imperfectior modo sua essentia, quam unumquodque sit diminuta, quam quaecunque alia, quantumvis sit perfecta, & perfectiori modo, seu per differentiam perfectiorem genus participet.

Secundo arguit Averis ex divinis relationibus probandum posse duas essentias aequales esse perfectionis, nam relationes originis sunt alterius rationis, ac veluti specie distinguuntur, & tamen una non est perfectior alia, sed prorsus aequales, ut habetur in symbolo Athanasii in hac Trinitate, nihil majus, aut minus, sed una tres personae sibi sunt coaequales, ergo bene fiat diversitas specifice, seu essentiarum dissimilitudo sine inaequalitate perfectionis. Deinde arguit etiam ex creatis, nam praesentia localis constitutiva in hoc spatio, & alia constitutiva in alio spatio, sunt specifice diversae, & tamen sunt aequales perfectionis.

229 Resp. hoc argumentum fundamentum dubio niti, quia controversia est inter Theologos, an relationes originis in divinis, ut sunt ab essentia contradistinctae, dicant aliquam perfectionem, negant Scotus, affirmant Thomae, & in quacunque sententia argumentum non urget, nam si dicatur importare perfectionem infinitam cum Thomae istam corrumpit argumentum, quia

cum infinitae sint, sunt inaequalitatis incapaces, quandoquidem aequalitas, & inaequalitas sunt proprietates dumtaxat quantitativae, & essentia finita, ut monet Doctor 2. dist. 1. quaest. 3. K. unde diversa est ratio divinarum relationum, ac attributorum a speciebus rerum creaturarum, de quibus hic est sermo, & in hac materia de aequalitate, & inaequalitate perfectionis specifice male deditur argumentum ex rebus divinis ad res creatas. Sed adhuc minus urget argumentum in alia sententia asserente divinas relationes non importare, nec perfectionem, nec imperfectionem, quia cum non sint entia quanta, cum haec proprietates solum entis quanti, unde miror, quod hic ait Poncius, hoc argumentum efficaciter concludere ex oppositione nostrae sententiae, quod relationes divinae nullam dicant perfectionem. Sed instat Poncius contra utramque responsum, contra datam in opinione Thomistarum quidem, quia iuxta illam esse diversitatem specifice, ut sic, non bene inferitur inaequalitas, & quatenus hoc supposito ipsi ostendere non possunt, cur diversitas specifice creata, ut sic, necessario inferat illam inaequalitatem; contra responsum vero datam in opinione Scotistarum urget eodem sermo modo, quia si diversitas specifice non inferat inaequalitatem perfectionis in aliquo casu, non est illa ratio, cur inferat illam ex se praesertim in omni casu. Et praeterea sicut possunt dari differentiae essentialis contractivae, ac constitutivae dissimiles entitativae, & tamen convenientes in non habenda perfectione; ergo similiter dari possunt differentiae constitutivae dissimiles entitativae, & tamen convenientes in tanta, vel tanta perfectione, & consequenter aequales in perfectione. Resp. ex diversitate specifice, ut sic, in rebus creatis bene deditur inaequalitatem perfectionis, quia sunt entia finita, & consequenter capacia aequalitatis, & inaequalitatis, non sic in divinis, ubi omnia sunt infinita, sic responderent Thomistae, nec etiam haec replica Scotus urget, quia in casu argumenti diversitas specifice ideo non inferat inaequalitatem, quia reperitur in rebus non quantis, quales sunt relationes divinae, in aliis vero casibus universaliter inferat illam, quia reperitur in rebus quantis, unde diversitas specifice, ut sic, quantum est de se, nisi in materia subiecta obex occurrat, semper inferat inaequalitatem perfectionis, & quando non inferat, non ex parte eius id provenit, sed ab extrinseco, quia scilicet reperitur in rebus non quantis, vel in rebus infinitis, quae sunt inaequalitatis capaces. Ad aliud negatur consequentia, quam non probat, ob rationes alias.

Ad secundum argumentum Averis de praesentibus localibus concedo omnes esse aequales perfectionis, sed nego esse specie diversas, quia ut dixi disp. 15. Phys. quaest. 7. a. 1. omnia ubi sunt ejusdem rationis, & specifice essentialis, & solum accidentaliter differunt ob differentias positionum universales, ut docet Doctor 1. dist. 2. quaest. 7. T. Quod si etiam concederetur esse diversae specifice, tunc negaretur esse aequales perfectionis, cum non addit rationes urgentes, unde oppositum convincatur. Tum quia negant quampures praesentia localem esse rei locatae, quod superadditum, unde hoc etiam secundum argumentum dubio nititur fundamento.

230 Tertio, arguit Poncius ad idem, quia si esset aliqua ratio, una e colligeretur certo, quod omnes species diversae debent esse inaequales perfectionis, maxime ex eo, quod esset diversae specifice, sed haec ratio non probat, quia bene potest aliquid habere conceptum de albedine, & succedane, v. gr. quod sit diversae rationis ob dissimilitudinem maximam, quam habent, & tamen ignorare, utra altera sit perfectior; & tamen de facto non colligitur hominem esse perfectiorem equo ex eo, quod sit diversae spe. rei ab illo, quia hoc principium non magis probaret hominem esse perfectiorem, quam equum, cum alter ab altero sit aequè diversae specifice, ergo ex diversitate specifice non colligitur inaequalitas perfectionis. Neque dicas id latere posse colligi indeterminatè, quamvis determinatè assignari nequeat, quoniam sit perfectior ex illis. Quia bene potest quis habere conceptum de diversitate specifice rerum nullo modo considerando aliquid de perfectione earum. Deinde visio ocularis unius albedinis numero distinctae ab alia albedine non est maioris, aut minoris perfectionis, quam visio ocularis ejusdem oculi terminata ad aliam albedinem ejusdem omnino rationis, ut patet, sed probabile est, illas visiones esse distinctae specifice, quia magis sunt inter se dissimiles intrinsece, & per se, quam duae visiones ejusdem oculi terminatae ad eandem numero albedinem, & quandoquidem haec duae conveniunt in omnibus, in quibus conveniunt duae visiones diversarum albedinum; & praeterea conveniunt in hoc, quod est esse visiones ejusdem numero albedinis, in quo non conveniunt illae visiones diversarum albedinum, quandoquidem per unam nequeat videri illud ipsum obiectum, quod videtur per alteram. Nec dicit potest, seu essentiarum dissimilitudo sine inaequalitate perfectionis, quia illa diversitas oritur ex haecceitate, quia propter illam diversitatem illae duae visiones distinguuntur plusquam numero, & quia in haecceitate omnes illae albedines cum veniunt proportionaliter aliquid una prorsus differentia.

Resp. primo unum fundamentum, & praecipuum, unde colligitur, essentias specifice diversas esse inaequales etiam perfectionis, est, quia perfectio essentialis est eadem prorsus realiter, & formaliter cum essentia rei, ex hac enim maxima identitate colligitur evidenter, quod si essentiae sunt specifice diversae, sunt etiam in perfectione inaequales, quando enim aliqua sunt ad idem se

identifi-

identificata prorsus repugnat, ut quae in uno illorum conveniunt, disconveniunt in reliquo, quemadmodum per sextam rationem deductum est. Deinde concedi potest majoris assumptum, sic enim ex hoc quod duo individua sunt ejusdem specifice sequitur statim, quod etiam sint perfectione paria, ita & contra ex hoc, quod sunt diversae specifice, colligitur, quod sint perfectione imparia, ut deductum est ratione septima, unde concessa majori negatur minor, ad cuius probationem responderi potest, ut ibi. Vel dicendum, quod aut perfectio essentialis rei ponitur cum Adversariis, & Aureol. penitus identificata cum essentia, adeoque intrinsece rationem ejus formalem, & tunc negari potest assumptum in probatione, sic enim cognita hominis verb. grat. & equi specifice diversitate, statim cognoscitur quoque inaequalitas earum specierum, & determinatè scitur, quoniam illarum sit perfectior; si vero identificatur solum cum essentia, ut modus cum re, ut dicitur nostrates, cognita essentiarum diversitate specifice colligitur indeterminatè, quod aliqua illarum est perfectior; imò si essentiae illae perfectae, & distinctae conciperentur, cum essentia nequeat ita concipi sine modo, ut notat Doctor 1. dist. 8. quaest. 3. ad 1. princip. cognosceretur etiam quoniam illarum determinatè sit nobilior, & perfectior, & non indeterminatè tantum; unde in hoc sensu negatur, posse quempiam habere conceptum de diversitate rerum specifice, nullo modo considerando aliquid de perfectione earum.

231 Ad aliud respond. primo negando minorem, concessa majori, sicut enim illae duae albedines solo numero inter se distinguuntur, sic etiam ambae illae visiones, & cum dicitur illa specie differre, quia differunt plusquam duae visiones ejusdem oculi ad eandem numero albedinem terminatè; cum ergo illae numero differant, illas specie differre oportet, eo quia omnis differentia, quae est major numerica, est specifice; & negatur rursus assumptum cum sua probatione, quandoquidem haec major differentia est solum accidentaliter, non essentialis, & ideo ipsarum non aegreditur distinctionem numericae, sic linea decem palmorum a linea bipalmarum plus differre, quam alia bipalmaris linea, quae solo numero differat ab ea, & tamen talis differentia non est specifice, sed adhuc est numerica, quia magis differat a bipalmaris, quam duae bipalmaris inter se, accidentaliter tantum, quod & multis aliis exemplis potest ostendi. Quod si quis concedere vellet illas visiones esse diversae specifice, tunc posset majorem negare deberet, quod nempe una visio non sit perfectior alia, quia non datur conveniens ratio probans oppositum, ut & Poncius ipsa fatetur. Sed instat rursus contra hanc solutionem, si dissimilitudo aliqua potest dari inter duo numero distincta, non haecceitate abique inaequalitate perfectionis, cur non potest dari dissimilitudo inter aliqua ratione differentiarum essentialium abique inaequalitate perfectionis; sed si illa dissimilitudo, quae est inter duas divisiones duarum albedinum, proveniret ab haecceitate, quandoquidem non habeat inaequalitatem perfectionis, dissimilitudo aliqua potest provenire ab haecceitate abique inaequalitate perfectionis, ergo, & a differentis essentialibus. Respond. negando paritatem, potest namque inter duo individua esse aliqua dissimilitudo ratione haecceitatis essentialibus. Respond. negando paritatem, potest namque inter duo individua esse aliqua dissimilitudo ratione haecceitatis essentialibus. Respond. negando paritatem, potest namque inter duo individua esse aliqua dissimilitudo ratione haecceitatis essentialibus.

232 Quarto, arguit Orvied. non repugnant duo animalia, quae habeant operationes ita notabiliter differentes, ac illas habent equus, & leo, & sint aequalia inter se tam principia operationum, quam operationes, de his ergo inquiri, an specifice distinguantur, vel non; si specifice distinguantur, non requiritur inaequalitas ad specificam distinctionem, si non distinguuntur, poterunt dari individua, quorum operationes notabiliter differant, non specie differentia, & nullam operationem erit ad affirmandum eorum, & taurum specie differre, quia licet habeant operationes differentes notabiliter, non potest nobis certè constare has operationes esse inaequales in perfectione. Si dicas ad distinctionem specificam requiri inaequalitatem perfectionis, & ideo casum positum repugnat, quia individua illa specifice distinguuntur propter operationes notabiliter differentes, & non distinguuntur propter aequalitatem perfectionis. Contra instat, praesertim ex sola notabili operationum differentia sufficienter specifice distinguuntur, ergo non est necessaria inaequalitas ad hanc distinctionem constituendam, antecedens probat communis omnium sensus, quia gentes de aequalitate, ac inaequalitate rerum, illa individua dicunt specie distinguuntur, quae operationes habent notabiliter differentes nulla alia ratione ducti.

Respond. negando assumptum, cum enim aliqua individua specifice inter se differre deprehendantur praesertim ex operationibus totam speciem consequentibus, & notabiliter inter se differentibus, non repugnant duo animalia, quae habeant operationes notabiliter differentes, ut habent equus, & leo, & adhuc inter se sint aequalia in perfectione ob rationem saepius inculcatam, quia nempe cum perfectio entitativa sit prorsus idem cum rei essentia, repugnat omnino quod quae in uno conveniant, & in alio; neque

nos dicimus ad distinctionem specificam inaequalitatem perfectionis essentialiter requiri, quasi per ipsam formaliter constitutur, sed potius ipsam insequi, & comitari, sicut enim unamquamque essentiam peculiaris, & sibi commensurata insequitur entitativa perfectio, sic pariter duas essentias diversas diversae quoque, ac inaequales consequuntur perfectiones essentialis, & quoniam ex notabili operationum diversitate differentia specifice insufficienter colligitur, adhuc tamen colligi etiam potest ex inaequalitate perfectionis, quia tamen operationes magis nobis innotescunt, quam perfectio entitativa rerum, hinc est, quod distinctionem specificam earum magis ex diversitate operationum colligimus, quam ex varietate, & inaequalitate perfectionis essentialis; an vero ex notabili differentia sit semper colligenda specifice patebit infra disp. 10. quaest. 11.

233 Quinto arguit Ariag. nam duae cognitiones aequè intentae, ac clarae una de Petro, altera de Paulo sunt aequaliter dissimiles, nec tamen ullo modo sunt inaequales, perfectio enim, quam in una dicit esse representativam Petri, dicit in altera esse representativam Pauli, ergo dissimilitudo non dicit formaliter inaequalitatem, ergo possunt duae species diversae aequales esse inter se. Conf. quia ex ipsis terminis videtur manifestum aliud esse diversitatem, aliud inaequalitatem, ideoque in moralibus quantumvis vi. eam res specie diversae, adhuc saepe tantum unam, ac alteram asserimus; item in physicis aequalem solent asserere voluptatem duo bona, quantumvis specie diversa, ergo diversitas specifice non arguit necessariam inaequalitatem. Conf. eum, nam videmus ipsi oculis colorem viridem, & rubrum esse notabiliter diversis, eos autem esse inaequales, & unum perfectiorem alio non videmus, ubi enim videtur excessum? & in quo est? experientia enim nulla illam nobis ostendit, nec ad illa ulla ratio convincens suppetit; cur ergo diceret cogitur necessario eos esse inaequales; Quod si diversitas ea notabilis esset formaliter inaequalitas, videre eos colores esse diversos, ac videre esse inaequales, esset idem, quod est falsissimum.

Resp. ut constat ex his ultimis verbis suspicatur hic Auditor nos alserere diversitatem specificam esse formaliter idem cum inaequalitate, immo diversitatem specificam per ipsum inaequalitatem perfectionis essentialiter formaliter, ac intrinsece consistit, quod minime asserimus, quia cum Scotus quod. 6. optimè in essentis rerum distinguimus relationem identitatis ad relationem aequalitatis, & relationem diversitatis ad relationem inaequalitatis, & scilicet, quod sicut in individuo non est idem in eis, seu non est eadem relatio identitatis specifice, & aequalitas in perfectione essentiali, sed haec sequitur ad illam, sic etiam in speciebus non eandem important relationem diversitatis specifice, & inaequalitas in perfectione essentiali, sed haec sequitur ex illa, & ubi identitas, & diversitas immediate fundantur super essentias rerum, aequalitas, & inaequalitas fundantur supra modos intrinsecos earum, vel in ipsis, ut essentialiter modificatis, & per hoc patet ad argumentum quoad hoc punctum; quoad alia respondendum est, ut ad 2. Poncius de pluribus visionibus cum quo omnino coincidit. Ad Conf. negatur consequentia, quae non bene deditur ex antecedente, sicut enim non tenet haec consequentia, aliud est in homine formaliter rationalitas, aliud sensibilibus, ergo rationalitas non arguit necessario sensibilibus, quia licet haec sit distincta in suis conceptibus, immo, & realiter secundum Thomam, tamen quia inter eas consensus necessaria reperitur, unum necessario arguit aliud: ita dicendum in proposito, quod esse diversitas, & inaequalitas non importent formaliter eandem relationem, tamen quia diversitas fundatur immediate in essentis, & inaequalitas in modis earum, cum modi sint cum essentis prorsus ex natura rei identificati, sequitur, quod necessario inaequalitas sequatur essentialiter diversitatem, & aequalitas earum identitatem, quia quando sunt aliqua realiter, & formaliter identificata, quae in uno eorum conveniunt, conveniunt, & in reliquo, & quae disconveniunt in uno, in alio quoque disconveniunt, ut saepe dictum est: exempla vero illa ex moralibus, & physicis deducta non sunt ad rem, quia aequalitas, vel inaequalitas aestimationis in eis non fundatur in aliqua essentiali perfectione rebus illis identificata, sed potius in perfectione quadam accidentali. Ad aliam confirm. conceditur assumptum, & negatur consequentia, quia neque etiam rubri, & viridis coloris essentialis differentias attingimus, sed solas operationes notabiliter diversas, & tamen ex his arguimus determinatè perfectionem illorum colorum, quia cum hic sit motus differentiae, tamen non arguitur eandem perfectionem, quae in uno eorum fundatur, tamen sicut ex notabili operationum, ac affectuum diversitate illorum colorum, licet inter eos argueret diversitatem specificam, ita quoque licet argueret inaequalitatem essentialem, quae solet talem diversitatem comitari.

234 Sexto, arguit Pasqualig. non implicat, quod tanta perfectio sit in una essentia, quanta est in alia servata proportione, quia tunc non obstat diversitas, nam cum haec non sit aequalitas commensurationis, sed solum proportionis, optimè potest stare cum ipsa diversitate essentialium, quia proportio non est secundum eandem rationem, sed diversa. Confirm. exemplo duarum quantitatum, quae habeant diversam figuram, ita ut una sit circulus, & altera quadrata, tunc enim impossibile est, quod huiusmodi quantitate possint commensurari servata tali figura, & tamen proportione servata possint esse aequales in mole, ita ut tanta mo-

les



les includatur in quantitate circulari, quanta in quadrata, vel triangulari, partes ergo fieri potest, ut idem contingat in essentia, quod scilicet tanta perfectio includatur in una servata diversitate essentiae, quanta includitur in alia, & prout sunt aequales in perfectione proportionaliter, licet non sint adinvicem commensurabiles propter diversitatem essentialem. Rursus essentia divina est in infinitum variis modis imitabilis a creatura, ponatur ergo una aliqua essentia iam producta, deinde incipiat Deus producere alias, & alias essentias; ita tamen ut incipiat ab aliqua imperfectiori, & progreditur ad magis perfectas continuando hanc productionem, quousque producatur aliqua creatura perfectior illa, quam supponimus reperiri ante hanc continuatam productionem, tunc necessario concedenda est aliqua creatura aequalis perfectionis cum illa, quia antequam creatura perfectionem producat prius per gradum illum inferiorem transire debet, in quo reperitur creatura illa iam ab initio producta. Tandem si non possit Deus communicare alicui creaturae tantam perfectionem infra suum esse, quantum communicavit alteri, non esset infinitis modis imitabilis.

Respond. distinguendo de duplici proportione geometrica nempe, & arithmetica ex Arist. 5. Eth. cap. 7. & tunc concedo assumptionem de prima proportione, quae tunc contingit, quae una res in suo genere terrib. grat. animus aliquis est ita perfectus, sicut aliquis equus in genere suo, in hoc, inquam, sensu verum est, quod tanta perfectio esse potest unius rei in suo genere, quanta est alterius in suo servata proportione, nec huic proportioni diversitatem essentiarum obstat, sed negatur de proportione arithmetica, quam alii appellant aequalitatem ad pondus, nam illa contingit, quando nulla habet ratione perfectionis, quam haec, vel illa res requirit in suo ordine, tanta perfectio est in una essentia, quanta est in alia simpliciter, & absolute loquendo, huic autem aequalitati ad pondus, seu proportioni arithmeticae obstat diversitas essentiarum ob rationes iam assignatas. Ad Conf. respondetur per eandem distinctionem proportionis, quod si majorem proportionem, ac aequalitatem per illud exemplum inter duas species intendit Pasqualig. numer. 132. argumentum illud ex divinis Ideis deducum magis oppositam verax sententiam, quam nostram, quia si duae creaturae essentiae adaequales in perfectione, quaeque divina essentiam in eodem gradu imitarentur, unam, & eandem haberent ideam praesertim secundum Adversarios scilicet divinam essentiam in tali gradu imitabilem, & sic non essent illae essentiae essentialiter diversae, quia diversis essentis diversae quoque correspondent Ideae, & divina essentia sub diversis respectibus imitabilis, unde casus ille de illa continuata productione admitti non debet eo modo, quo ponitur in argumento, ut nimirum possit denud alia produci creatura aequalis in perfectione illi, quae ab initio supponitur ante alias fuisse productam, quia tunc ambabus una corresponderet idea, scilicet essentia divina sub uno, & eodem respectu imitabilis. Et ad ultimum cum dicitur, quod hoc negato non esset Deus infinitis modis imitabilis negatur haec consequentia, quia satis ostenditur Deus infinitis modis imitabilis eo ipso, quod potest diversas entium species producere in infinitum, & semper inaequales, unam scilicet altera perfectiorem, & sub eadem specie infinita individua semper aequalia in eadem essentiali perfectione.

235 Postremo arguitur, sicut se habent ea, quae sunt ejusdem

rationis specificae ad gradualitatem illius rationis, sic ea quae sunt alterius rationis ad gradualitatem communis rationis, sed dicitur albedines participare rationem albedinis aliquando in uno gradu, & aliquando in alio, & alio, ut patet, ergo, & formae alterius rationis poterunt entitatem partem participare, & nobilitatem in eodem gradu. Praeterea, quando quocumque aliqua distinguuntur non est inconveniens, si accidat diversitas in uno, non facta diversitate in alio, sed in forma specifica alioq. est sua ratio quidditativa, & alius est gradus perfectionis, aliudque quocumque sunt ejusdem speciei, essentiae aequae perfecta, quod est fallum, cum una anima intellectiva sit nobilior alia, ergo alioq. possunt esse distincta specie, & habere eundem gradum nobilitatis.

Respond. duas rationes ab Averro. & Sone. in terminis proponi, atque dissolvi, sed quia non solvantur iuxta nostra principia, aliter respondeo ad 1. neg. paritatem majoris, quia diverso modo contrahitur genus ad species, & species ad individua; nam differentiae specificae pertinent ad quidditatem constituti, & sunt ad invicem oppositae, & contrariae, & perfectionem addunt rationi contractae, non sic differentiae individuales, quia nec pertinent ad quidditatem sui constituti, quando quidem non explicat quid sit individuum v.g. quid sit Petrus, sed potius quid sit, nec sunt inter se oppositae, & contrariae sed disparatae, nec perfectionem addunt speciei contractae, cum non sint entia quanta, ut fufus constat disp. 10. de principio individuationis; hinc est, quod omnia individua sunt ejusdem rationis essentialis, & perfectionem essentialem semper in eodem gradu participant, cum unum non sit essentialiter perfectius alio, quocumque modo sit de gradibus individualibus, nam quoad istos concedunt aliqui unum individuum esse perfectius alio, quod in accidentibus magis, & minus fuficientibus plane negari nequit, unus enim calor est alio interior, & albedo, ut lex perfectior est albedine, ut tria, quoad istos gradus individuales, tamen quoad specificum, & essentialem albedinis una non est perfectior alia, quia ille consistit in indivisibili, & aequaliter participatur ab omnibus; ex qua doctrina patet etiam quid sit dicendum ad minorem, nam solum verificatur de participatione secundum gradus individuales, specificus quidem ab omnibus individualibus aequaliter, & indivisibiliter participatur, est etiam aliud discrimen valde notandum inter gradus individuales, & specificos, ut notat Tromb. 1. Metaph. quaest. 1. artic. 2. quod specificus identificatur realiter, & formaliter cum essentia, at non sic individuales gradus, & ideo ab istis potest albedo separari, & interduum cum uno reperiri, & aliquando cum alio, ac nimirum separari potest a gradu essentiali, & specifico, unde constat paritatem in majori assumptione minime valere, quae etiam doctrina traditur a Scoto 1. dist. 17. quaest. 3. Ad aliud negatur minor, essentia namque, ac ejus essentialis perfectio sunt omnino idem realiter, & formaliter, & ad summum dici possunt distincta modaliter, quae distinctio cum sit minima non sufficit ad verificandum, quod duae species in essentia diversificentur, & in perfectione essentiali conveniant, tum quia haec ita conveniantur essentiae, ut cum quo essentia non convenit, nec etiam perfectio essentialis convenire possit; negatur itaque minor, & gratis conceditur quocumque sunt ejusdem speciei esse quoque ejusdem perfectionis essentialis, unde fallum est, quod una anima intellectiva sit essentialiter nobilior alia, an vero dici possit perfectior quoad gradus individuales, inferius declarabitur disp. 10. quaest. 11.

rationis specificae ad gradualitatem illius rationis, sic ea quae sunt alterius rationis ad gradualitatem communis rationis, sed dicitur albedines participare rationem albedinis aliquando in uno gradu, & aliquando in alio, & alio, ut patet, ergo, & formae alterius rationis poterunt entitatem partem participare, & nobilitatem in eodem gradu. Praeterea, quando quocumque aliqua distinguuntur non est inconveniens, si accidat diversitas in uno, non facta diversitate in alio, sed in forma specifica alioq. est sua ratio quidditativa, & alius est gradus perfectionis, aliudque quocumque sunt ejusdem speciei, essentiae aequae perfecta, quod est fallum, cum una anima intellectiva sit nobilior alia, ergo alioq. possunt esse distincta specie, & habere eundem gradum nobilitatis.

Respond. duas rationes ab Averro. & Sone. in terminis proponi, atque dissolvi, sed quia non solvantur iuxta nostra principia, aliter respondeo ad 1. neg. paritatem majoris, quia diverso modo contrahitur genus ad species, & species ad individua; nam differentiae specificae pertinent ad quidditatem constituti, & sunt ad invicem oppositae, & contrariae, & perfectionem addunt rationi contractae, non sic differentiae individuales, quia nec pertinent ad quidditatem sui constituti, quando quidem non explicat quid sit individuum v.g. quid sit Petrus, sed potius quid sit, nec sunt inter se oppositae, & contrariae sed disparatae, nec perfectionem addunt speciei contractae, cum non sint entia quanta, ut fufus constat disp. 10. de principio individuationis; hinc est, quod omnia individua sunt ejusdem rationis essentialis, & perfectionem essentialem semper in eodem gradu participant, cum unum non sit essentialiter perfectius alio, quocumque modo sit de gradibus individualibus, nam quoad istos concedunt aliqui unum individuum esse perfectius alio, quod in accidentibus magis, & minus fuficientibus plane negari nequit, unus enim calor est alio interior, & albedo, ut lex perfectior est albedine, ut tria, quoad istos gradus individuales, tamen quoad specificum, & essentialem albedinis una non est perfectior alia, quia ille consistit in indivisibili, & aequaliter participatur ab omnibus; ex qua doctrina patet etiam quid sit dicendum ad minorem, nam solum verificatur de participatione secundum gradus individuales, specificus quidem ab omnibus individualibus aequaliter, & indivisibiliter participatur, est etiam aliud discrimen valde notandum inter gradus individuales, & specificos, ut notat Tromb. 1. Metaph. quaest. 1. artic. 2. quod specificus identificatur realiter, & formaliter cum essentia, at non sic individuales gradus, & ideo ab istis potest albedo separari, & interduum cum uno reperiri, & aliquando cum alio, ac nimirum separari potest a gradu essentiali, & specifico, unde constat paritatem in majori assumptione minime valere, quae etiam doctrina traditur a Scoto 1. dist. 17. quaest. 3. Ad aliud negatur minor, essentia namque, ac ejus essentialis perfectio sunt omnino idem realiter, & formaliter, & ad summum dici possunt distincta modaliter, quae distinctio cum sit minima non sufficit ad verificandum, quod duae species in essentia diversificentur, & in perfectione essentiali conveniant, tum quia haec ita conveniantur essentiae, ut cum quo essentia non convenit, nec etiam perfectio essentialis convenire possit; negatur itaque minor, & gratis conceditur quocumque sunt ejusdem speciei esse quoque ejusdem perfectionis essentialis, unde fallum est, quod una anima intellectiva sit essentialiter nobilior alia, an vero dici possit perfectior quoad gradus individuales, inferius declarabitur disp. 10. quaest. 11.

De Natura communi, seu universali.

Postquam de essentia, & existentia entis finiti, ut sic, tractatum est in praecedentibus, quia hoc dividitur in substantiam, & accidentem, ut dictum est disp. 7. q. 1. de his partibus subjectivis mox esset agendum. Perquam quia substantia, & accidentem per varia distribuuntur praedicamenta, & praedicamentalis linea ex variis entium gradibus constituitur, scilicet universalibus, qui fundantur variis intentionibus logicis dicuntur genera, & species, vel singularibus, qui dicuntur individua, antequam de substantia, & accidente agamus, utile visum est prius de his gradibus differere, qui utriusque conveniunt, nam genera, species, & singularia in praedicamentis accidentium reperiuntur perinde ac in categoriae substantiae. Ex quo fit hic per naturas communes, & universales intelligi debere, non quidem gradus transcendentis Deo, & creaturis communes, ut bene notat Bassolus 2. dist. 12. quaest. 4. artic. 2. quia hujusmodi conceptus non fundantur in aliqua natura, vel realitate, quae verè sit communis Deo, & creaturis, ut constat ex dictis disputationibus. 2. de natura entis, sed solum praedicamentales, & limitator, iam genericos, quam specificos, cum enim isti importent naturam, seu realitatem a parte rei pluribus communem, ut postea constabit, merito nomen communium naturarum sibi vendicant. Et quia universalis solent singularia natura procedere, prius de natura communi, & universalis sermonem instituemus, postea de singulari, quare praefens disputatio erit de natura communi, sequens verò de Individuo, & singulari.

QUESTIO PRIMA.

An ultra singularia a parte rei dentur naturae communes, seu universales.



Lures varias Universalis acceptiones tradidi in logica in praefatione disp. 4. ut enim alias omittam, quae modo ad rem non faciunt, aliud dicitur universale in significando, & est nomen magis significans, ut hoc nomen homo, animal, quae omnes homines significat, & omnia animalia; aliud in representando, ut cognitio quam intellectus habet de homine, vel de animali, haec enim aliquo modo homines representant, ac omnia animalia saltem quantum ad id, in quo conveniunt; aliud dicitur universale in essendo, quod scilicet est in multis, ut natura animalis, quae in omnibus animalibus reperitur, & natura hominis, quae est in omnibus hominibus, & hoc etiam appellari solet universale metaphysicum; aliud tandem dicitur universale in praedicando, seu logico, & est illud, quod praedicatur de multis merito cuiusdam secundae intentionis logicae per intellectum applicatae illi naturae communi, quae dicitur universalis in essendo, ut cum animal de omnibus animalibus praedicatur per modum generis, & homo de pluribus hominibus per modum speciei; unde patet universale in essendo fundamentum esse universalis in praedicando, ex eo enim quod natura humana est in Petro, & Paulo, unde praedicatur de illis praedicatura dicente, hoc est hoc, Petrus est homo, Paulus est homo. Universale itaque quod ad praesens pertinet institutum, est universale in essendo, quod absolute loquendo sub nomine universalis intelligitur ad differentiam singularis, & individui, quod pluribus communicari non potest, ut Petrus, & hic equus, nam de universalis in praedicando factis dictum est in logica disp. 4. loc. cit. quaest. 1. & obiter solum aliqua de universalibus in essendo diximus, pro quantum necessaria erant ad cognitionem fundamenti Universalis logici, ejus integrum referendo tractatum ad hunc locum. Porus autem sub titulo de natura communi, quam de Universalis in essendo, ut fieri solet, hanc disputationem proposui, & quaestionem praesentem (quae sub hoc alio titulo solet institui), an universalis in essendo sint naturae reales, an vero nuda voces, & conceptus) quia universalis proprie loquendo nequit a parte rei convenire naturae, & essentiae, bene tamen communis, ut Doctor 2. dist. 3. quaest. 1. ubi §. ad quaestionem, inquit naturam de se nec esse universalem, neque particularem, sed ad utrumque indifferentem, & in fine quaest. ait communiter esse convenire naturae, non tamen universalitatem, quare cum hic queritur, an detur naturae communes, seu universales a parte rei, seu sub alio titulo, an universalis in essendo sint naturae reales, vel nuda voces, & conceptus, non accipitur universale in rigore, fed fuisse prout se extendit ad omne id, quod est se singulariter non est, & aliquo modo commune multis, unde natura prout a singularitate distinguitur, rectius dicitur natura communis, quam universalis, licet haec dici possit controverfia de nomine. Quamvis autem quaestum hoc fuerit jam disp. 4. loc. ab initio propositum, & reoblitum, placuit tamen rursus hic illud proponere, tum quia hic est ejus proprius locus, ubi obiter tantum de eodem est, tum quia hic temporibus apud Recentiores valde invaluit Nominalium opinio naturas communes negantium, seu universalis in essendo, & ideo longiori adhuc discussione materia praesens indiget.

Duplex itaque sententia est in hac materia, una Realium, & alia Nominalium, Reales enim asserunt praedicari quibusdam, quae sunt inter se rebus singularibus, & in quibus singularia ipsa essentialiter conveniunt, convenire a parte rei communitatem, & universalitatem quandam, ac etiam quandam unitatem sibi intrinsecam distinctam ab unitate, quam habet cognitio, quae circa illas naturas, vel praedicata veratur, atque adeo naturas illas v.g. hominis, & animalis immediate concipi, & significari conceptibus, & nominibus universalibus; ita fert tota schola Rea-

lium, qui & hoc nomen hujus quaestioe decisionem sibi mutuant asserentes universalis in essendo esse naturas reales, non vero nuda voces, & conceptus, ut asserunt Nominales, a quo asserto, & ipsique Nominalium cognomen traxerunt, verum tamen est neque ipsos Reales postea inter se convenire in explicanda communitate, & unitate naturae realis, quae est in pluribus communicabilis, Thomista namque volunt talem communitatem convenire naturae nisi per opus intellectus, Scotista vero eam convenire contentum aliquo modo etiam praeter opus intellectus, ut fufius infra explicabitur, ubi de hac unitate, & communitate naturae propria quaestio proponetur.

Nominales vero negant, universalitatem, vel communitatem revera convenire alicui praedicato, quod sit singularibus intrinsecum, asserentes nullam rem dari posse in rerum natura, quae sit universalis in essendo, sive existens in singularibus, sive separata ab illis, ut aiebat Plato, quia quae libet res existens, vel quae existere potest, est singularis; sed dari solum universale in significando, vel in representando, quod non distinguitur in re singulari in essendo, sed tantum in ratione signi; unde consequenter asserunt ex parte objecti nullam merito convenire conceptui universalis, sed omnia a parte rei esse singularia, ut etiam hinc deducunt unitatem universalis in essendo esse ex actu intellectus, quo confusè concipiuntur omnia singularia, ut similia, non quidem similitudine formaliter relativa, sed fundamentaliter, atque adeo ex parte objecti non esse aliam unitatem, nisi similitudinis, similitudo autem necessario dicitur pluralis, quae tamen plura distinctè non concipiuntur, seu confusè, in quo Nominales conveniunt cum quibusdam antiquis, quos memorat, ac refellit Arist. 4. Metaph. quod universalis undequaque negabant, nec aliud praeter singularia in rerum natura agnoscabant; Ita Ocham p. 1. log. a cap. 14. & 1. d. 2. qu. 4. & quod. 12. & 13. Adam 1. d. 3. q. 3. Gabriel. 1. d. 2. qu. 3. Greg. 1. d. 3. Rubion. ibid. qu. 7. & sequuntur modo Recentiores Auctores ex Soc. Jesu Hurta 1. disp. 5. Met. sec. 1. 10. & Ariag. disp. 6. loc. sec. 4. Ovid. contr. 3. log. punc. 4. & 5. & alii.

4. Fallum vero mihi videtur, quod hic ajunt quamplures ut Suarez disp. 6. Met. sec. 2. Morfan. disp. 1. log. qu. 3. Poncius disp. 3. log. qu. 5. Nominales in hac materia verbi solum, & in modo loquendi a sententia Realium differere, id inquam fallum est, ut constat ex relatione iam facta ambartum opinione, quia major rem sanè unitatem, & communitatem a parte rei tribuunt naturae Reales, quam Nominales, isti namque volunt vocibus, & conceptibus universalibus ipsa singularia immediate significari naturam inferioribus communem, ipsa vero inferiora, non nisi immediate, tum quia circa rerum universalitatem Nominales praescindunt tantum ex parte actus modo jam explicato, sed Reales praescindunt etiam ex parte objecti, certum autem est obiectivè praescedentes re ipsa distare a sententia praescedentium formaliter tantum, praesertim loquendo de praesens objectivis, quas admittunt Scotista, ex dictis disp. 6. quaest. 16. tum quia Nominales nullam intrinsecam unitatem, & communitatem agnoscunt in natura, quae denominationem universalis induere potest, bene tamen Reales, aut formalem, & actualem ex natura rei citra quodcumque opus intellectus, aut saltem virtuale, & fundamentum. Verum est tamen, nonnullos Thomistas adeo tenuem, & exilium naturae tribuere unitatem ante opus intellectus, ac ita suam explicanda Cajetani indigni, & praecipuus D. Thomae discipulus, ne cum ceteris Thomistis in Nominalium abire videretur, unitatem, & communitatem naturae explicat iuxta phrasim Scoti, ut videtur est cap. 4. de ente, & essentia qu. 6. & inferius magis constabit. Sed adhuc minus placet, quod ait Poncius loc. cit. eam esse Nominales negasse dari illam naturam universalem in essendo, quam intellexerunt per naturam universalem in essendo aliquam unam positivè naturam, quae eadem positivè secundum se formaliter posset verè, & positivè inexistere multis, unde concludit non tam absurdam esse eorum sententiam, quam communiter existimatur, nec inter Nominales aliam esse cum aliis Doctoribus, quam de